

Granad. disp. 13, sect. 1. nu. 2. Granadus 3. part. Contr. 7. tract. 1. disp. 6. sect. 1. nu. 1. & nititur hæc sententia in modo loquendi Conciliorum; Ex Florentino in Decreto Eugenii IV. ubi dicitur, quod Sacramenta perficiuntur verbis, & assignans formam hujus sacramenti ait. *quod sunt verba absolutionis. Ego te absolvo.* Similiter Tridentinum sess. 14. cap. 3. ait: *quod forma posita est in illis verbis ministri. Ego te absolvo.* Ac proinde juxta doctrinam Conciliorum ex Christi institutione, forma hujus sacramenti consistit in illis verbis; *Ego te absolvo.*

Nam ut ait Concilium Tridentinum citato loco cap. 6. verba illa proferuntur per modum iudicii modo humano in persona Christi, qui in ultimo iudicio preterit verbis sententiam: *Venite benedicti*: ac proinde sine illis verbis Sacramentum non est dubium, sed certe invalidum; in matrimonio autem requiritur expressio consensus, qui sufficienter declaratur per natus & signa.

QUÆSTIO III.

De forma absolutionis in Sacramento Pœnitentiæ.

SUMMARIUM.

- 6 Forma per modum indicativi, ac etiam imperativi est valida.
- 7 Mutare formam consuetam, est mortale.
- 8 Si sacerdos dicat: nos absolvimus vos: valida est forma, sed illicita.
- 9 Si plures sacerdos audientes proferant formam valide absolunt.
- 10 Hæc verba: ego te absolvo, solum sufficiunt.
- 11 Hæc verba: absolvo a peccatis tuis: sufficiunt.

6. **L**oquimur de forma Sacramentali, non verò censurarum: forma consuetæ Ecclesiæ in Sacramento pœnitentiæ, est per modum indicativi: *Ego te absolvo a peccatis tuis*: Si verò utatur modo imperativo: *Absolvaris, vel absolvatur Petrus*: valida erit, nam ut ex Scoto docent Valquez 3. part. tom. 4. quest. 84. art. 3. dub. 3. Suar. tom. 4. ad 3. part. disp. 19. sect. 1. Forma absolutionis est sufficiens, quoties significat actum iudicalem & sententiam decisivam.

7. **Q**ualem autem peccatum sit, si confesseris tali forma imperativi utatur? Hurtadus disp. 5. de Pœnitent. diff. 3. ait esse veniale? At tu dic esse mortale, cum sit facere mutationem in re gravissima, utpote in forma Sacramentorum; modus enim absolvendi ordinarius ex consuetudine graviter obligat, nec potest occurrere iusta causa ad illum mutandum.

8. **S**i confessorius relicta communi formæ: *Ego te absolvo*: dicat, nos absolvimus vos: utens plurali ad maiorem auctoritatem, ut faciunt Reges & Episcopi, validè absolvit, & sufficienter exprimitur forma absolutionis, peccat tamen mortaliter, cum omitat consuetam formam Ecclesiæ. Ita Granadus in 3. part. controvers. 7. tract. 1. disp. 6. sect. 4. n. 30.

Scorus. Valquez. Suarez.

Hurtadus.

Granadus.

9. **S**i verò detur casus, quod plures sacerdotes audiant confessionem unius pœnitentis v. g. moribundi, qui bene, ac sufficienter est dispositus, valide omnes proferentes formam absolunt, quia forma tunc prolata est à legitimo ministro super materiam debitam, & non est major ratio, cur una absolutio habeat effectum, quàm alia: ita Card. Lugo de Lugo. Pœnitent. disp. 23. sect. 7. num. 160. Diana part. Diana. 11. tract. 8. Resol. 46.

10. **H**æc verba: *Absolvo te*: nullo alio addito sufficiunt ad validitatem Sacramenti: ea enim verba sunt essentialia formæ alicujus Sacramenti, quæ proprium ejus effectum determinatè significant, prout conjunguntur debite materiæ, sed ita se habent illa verba, ita docet D. Thomas 3. part. quest. 84. art. 3. & pro D. Thom. hæc sententia quadraginta tres Theologos refert Diana part. 1. tract. 6. Resol. 21.

11. **T**amen si sacerdos dicat tantum: *absolvo*: non est sufficiens forma, nam quamvis illa particula, *ego*, bene includatur in verbo *Absolvo*, tamen ponenda est illa particula: quia sententia iudicis debet ferri determinatè circa rem, qui exprimitur per particulam *te*. Tamen si confessorius dicat: *Absolvo a peccatis tuis*: videtur sufficiens forma; nam in particula illa *a tuis*: includitur, & implicite continetur pronomen *te*. Ita Card. Lugo de Pœnitent. disp. 17. sect. 1. nu. 24. Leandrus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 2. quest. 4. At si ponitur particula *te* non sunt de substantia Sacramenti sequentia verba *a peccatis tuis*.

QUÆSTIO IV.

Quàm utile sit in verbis forma ponere clausuram, quidquid boni feceris; & de instanti in quo producantur gratiam?

SUMMARIUM.

- 12 Illa clausula exousantur confessores, si parvas imponunt pœnitentias, & n. 3.
- 14 Prima opinio agnoscat productionem gratiæ in illis verbis, a peccatis tuis.
- 15 Produciuntur gratia in fine verborum absolvo te.

12. **P**ost peccatorum absolutionem, communiter apponitur illa clausula: *Quidquid boni feceris, & mali sustinueris*: Quæ valde sancte, ac utiliter addit ex more Ecclesiæ; illa enim excusantur confessores, si parvas imponant pœnitentias: quia homines ut plurimum aliqua bona faciunt, & mala plura sustinent: quæ sic applicata rationem habent satisfactionis. Ita Beja in Resp. part. 3. casu 1. Beja. Reginaldus in praxi to. 1. lib. 7. c. 3. sect. 1. n. 26. Filiucius tom. 1. tract. 8. cap. 2. n. 47.

13. **E**x quo Homobonus in Exam. part. 1. tract. 5. cap. 15. g. 9. ait Admonent Doctores confessorium, ut pœnitentiæ adijungere debeant hanc clausulam, quod intelligitur, nisi pœnitentia sit præservativa, quia bona opera faciendâ non veniunt ad præservationem peccatorum.

Beja. Reginald. Filiucius. Homob.

14. **D**e instanti in quo præfata verba absolutionis producant gratiam dubitabis. Joannes Præpositus 3. part. quest. 6. de forma Sacram. Pœnit. dub. 1. num. 6. ait quod gratia produciatur in fine illorum verborum: *a peccatis tuis*: quia ibi completur sensus formæ legitimus, & verus, & in hac sententia est Valquez tom. 4. ad 3. p. 9. 84. art. 3. dub. 4.

15. **T**amen dicendum est cum Suar. tom. 4. ad 3. part. disp. 19. sect. 1. n. 20. Card. Lugo de Sacram. Pœnit. disp. 13. sect. 2. §. 1. n. 34. Quod quando proferuntur illa verba: *a peccatis tuis*: jam effectus gratiæ est productus in intrinseco instanti illorum verborum: *absolvo te*: quia in his supposita materia peccatorum, præfata verba faciunt integrum, & perfectum sensum, verba autem quæ sequuntur, solum inserviunt ad id magis declarandum, ac experimentum. Deinde illa verba: *absolvo te*: sufficiunt ad formam Sacramenti: ergo in eorum terminatione produciuntur gratia.

Præposit. Valquez. Suar. Lugo.

QUÆSTIO V.

Utrum sit valida absolutio sub conditione de presenti, præterito vel futuro?

SUMMARIUM.

- 16 Absolutio sub conditione de presenti, vel præterito est valida.
- 17 Condicio de presenti, quæ non potest cognosci, reddit invalidum Sacramentum.
- 18 Absolutio data sub conditione de futuro, est illicita, & invalida.
- 19 Si vero conditio sit de futuro certo, juxta aliquos est valida.

16. **A**bsolutio si ve à peccatis, sive à censuris, validè dari potest sub conditione de presenti, vel præterito, ut si dicatur: *absolvo te, si indiges*: vel, *si dispositus es*: Tales conditiones actum non suspendunt, & absolutiones sub illis impense æquivalent absolutio; sine causa rationabili illicitè ponuntur, habentur enim tanquam imperinentes, & irreverenter positæ, rationabiliter autem adhibentur, vel quando confessarius dubitat de materia, vel an absolutio fuerit data, ut si dicat, *si materiam habes ego te absolvo*, vel *si non es absolutus absolvo te*. Ita Valquez de Pœnitent. quest. 84. art. 3. dub. 5. Reginaldus lib. 8. num. 6. Sic etiam in absolutione à censuris ex usu Ecclesiæ dicitur: *Si teneris aliquo vinculo excommunicationis: vel, si in aliquam excommunicationem incurristi absolvo te*.

Valquez. Reginald.

17. **A**t verò si ponatur conditio de presenti, vel præterito, quæ nullo modo moraliter cognosci potest, nec à sacerdote absolvente, nec à pœnitente consentiente, tunc Sacramentum est nullum, ut si dicatur: *ego te absolvo, si modo Turca dormit, vel si Lusitani heri pugnarunt in India*: Absolutio data cum talibus conditionibus videtur impertinens, nec est venisimile, quod Deus instituerit pro forma Sa-

cramenti formam veluti ridiculam, præterea forma Sacramenti talis esse debet ex natura sua, ut cognoscatur moraliter à pœnitente, ac sacerdote validè collatam fuisse; modo pœnitens sit bene dispositus; & ex hac de causa valeat accedere ad Eucharistiam. Ita Diana Diana. p. 11. tr. 4. Resol. 18. §. existimo.

18. **A**bsolutio Sacramentalis à peccatis, data sub conditione de futuro non solum est illicita, sed etiam omnino invalida. Fundamentum est; quia, vel illa absolutio valet quando datur, vel quando adimpletur conditio, non primum, cum absolvens non intendat, quod tunc habeat effectum; intentio enim ministri necessaria est ad Sacramenti effectum; non secundum, quia tunc non est materia, & forma, quia jam præcesserunt. Ita ex Valquez, Reginaldo, ac aliis M. Lezana Valquez. verb. absolutio, num. 11. At verò absolutio à Reginald. censuris sub conditione de futuro: *Ut si restiteris, vel satisfeceris*, valida est de quo alibi dicam.

19. **A**t verò si conditio ponatur de futuro certo, & infallibili, tunc. Hiquæus existimat, hiquæus. quod non impedit validitatem Sacramenti, ut si dicatur: *Absolvo te si Antichristus sit futurus*, idem valet, ac ita, *absolvo te*, cum verum sit, quod Antichristus sit futurus, & hæc conditio non suspendit effectum quantum ad cognitionem Ecclesiæ, pœnitentis, ac sacerdotis, quia certa fide credunt Antichristum futurum, & habetur pro cognitione de præfenti. Ita Diana citatus.

QUÆSTIO VI.

An si quis in forma Absolutionis, ac aliorum Sacramentorum mutet verba retinendo legitimum sensum, peccet mortaliter?

SUMMARIUM.

- 20 Prima opinio negat peccare mortaliter.
- 21 Secunda & verior affirmat esse mortale.

20. **P**resens quæstio; si, exempli gratia, pro his verbis: *Ego absolvo te a peccatis tuis*: dicat sacerdos: *ego tibi peccata tua remitte, condono*, vel remittuntur tibi peccata tua vel Sacramentum absolutionis tibi impendo: non esse peccatum mortale tenent Scorus in 4. disp. 14. Suar. quest. 1. art. 3. in fine & Valentia tom. 4. disp. 7. Valentia. quest. 2. punct. 3.

21. **E**xistimo tamen esse peccatum mortale, sed quod modus ordinarius absolvendi ex consuetudine Ecclesiæ graviter obligat, neque potest occurrere iusta causa illum mutandi. Ita Valquez in 3. parte tom. 4. quest. 84. artic. 3. Valquez. dub. 3. num. 12. Joannes Præpositus in 3. part. quest. 6. de forma Sacram. Pœnitent. dub. 2. n. 8.

QUESTIO VII.

An eodem verbo, Absolvo, possit Confessor absolvere penitentem a peccatis, ac censuris?

SUMMARIUM.

22 Eodem verbo, Absolvo, potest dari absolutio a peccatis, ac censuris.

Hoc eodem verbo: Absolvo te: potest confessor simul absolvere penitentem a peccatis & a censuris modo intendat utrumque facere, hoc enim verbo: Absolvo te, optime exprimitur sensus formae Sacramentalis, & relaxatio vinculi censurae. Navar. de Penitent. dub. 6. cap. 1. M. Cornejo de censuris disputar. 11. dub. 3. In hoc tamen casu absolutio ab excommunicatione erit prior natura absolute...

Navar. Cornejo.

Bonacina.

QUESTIO VIII.

An necessario semper absolutio danda sit in ipsa confessione?

SUMMARIUM.

23 Confessio non potest fieri in absentibus. 24 An Absolutio semper danda sit in ipsa confessione.

Certum est hodie, quod Confessio Sacramentalis non potest fieri confessorio absentis, & ab ipso penitente absente recipi absolutio, ut patet ex decreto Clementis VIII. anno 1602. de quo latius infra cum de confessione agam. Nunc verò querimus: an ipsa absolutio semper danda sit in ipsa confessione, ut si, verbi gratia, Confessor inadvertenter non absolvit penitentem, vel de hoc dubitat, possit illum absolvere parum distans.

Ad quod sic respondit Petrus Ochagaviae de Sacram. tract. 2. de Confession. Sacramento quest. 41. num. 6. Ubi sic ait: quod si confessor penitentem debere dispositum dimisit sine absolute per inadvertentiam, aut alia via, si posset sine gravi incommodo, deberet illum revocare, & admonere; cum verò non posset sine scandalo revocare, & penitens, vel expectat communionem, vel ex qualitate personae cognoscit, quod non incidat in novum peccatum, debet absolvi, si est praesens, li-

cet aliquantulum remotus, alias communitas expectanda, & admonendus. Ita ex Ochagavia etiam Diana part. 5. tract. 13. Resol. 56. At verò si penitens discessit a confessore quamvis non multum distet, cum multa sit fragilitas humana, tutius mihi videtur esse absolvendum sub conditione si est capax.

Diana.

QUESTIO IX.

An si quis bona fide confiteatur cum simplici Sacerdote de venialibus, ac mortalibus valida sit absolutio.

SUMMARIUM.

25 Prima opinio negat. 26 Secunda affirmat.

Negat Candidus disquisit. 24. art. 66. nu. 4. & citat pro se Nugnum, & alios; & idem dicit de peccatis mortalibus invincibiliter oblitis, ac de reservatis, quae ut non reservata habebantur.

26.

Tamen contraria sententia tenenda est, quia penitens erat rite dispositus, & bona fide confitetur, & Sacerdos intendit absolvere secundum omne id quod potest, etsi culpabiliter absolvat, tamen penitens in bono sensu accipit absoluteionem, proindeque per illam directe sanctificatur a venialibus indirecte verò a mortalibus, tenetur tamen penitens, ubi certior factus fuerit, quod ille Sacerdos non habebat jurisdictionem super mortalia, iterum peccata mortalia confiteri Sacerdoti approbato, ut directe ab his absolvatur; sicut ille, qui confitetur reservata non habenti jurisdictionem. Ita ex Navarro & Caetano Suar. tom. 4. ad 3. part. disp. 31. sect. 2. n. 8. Granadus tract. 10. disp. 4. num. 7. Reginaldus in praxi tr. 1. lib. 8. n. 81. Maruchell. de casib. reservatis, disp. 1. diff. 14. n. 43. & 44. Amicus 10. 8. disp. 13. sect. 10. nu. 23. Diana part. 9. tract. 9. Resol. 29. §. Dies, & de reservatis Fagundez lib. 1. in Decalog. cap. 16. num. 12.

Navarri. Caetan. Suar. Granad. Reginald. Reginald. Maruchell. Amicus. Fagundez.

QUESTIO X.

An Sacerdos regularis possit valide, & licite absolvere ab omnibus venialibus, ac mortalibus jam confessis sine licentia suorum Praelatorum?

SUMMARIUM.

27 Prima sententia negat. 28 Secunda affirmat, licite, & valide, & nu. 29.

Negat valide & licite fieri Mirand. tom. 2. quest. 45. art. 11. conc. 2. tamen Paludanus in 4. distinct. 17. quest. 3. D. Anton. 3. part. ii. 17. & Angelus verb. Confess. 10. nu. 4. dicunt fieri valide, sed non licite.

28.

Tamen verior & probabilior sententia est, quod

quod talis religiosus valide & licite illa absolvit, etiam si ad id non sit expositus a suis praelatis, dummodo tamen ipsi Religioso non sit impositum praecipuum, ne ad hoc illorum peccatorum excipiat confessiones, quia tunc licet valide, non tamen licite absolveret. Ita Navar. cap. 4. num. 4. Vasq. tom. 4. ad 3. part. quest. 9. 3. art. 1. dub. 6. nu. 5. Granadus tract. 10. disp. 4. num. 6. pag. 1281. Molfesius tract. 7. cap. 15. num. 71. Leandrus de penitent. tract. 5. disp. 11. quest. 15.

Navar. Vasquez. Granad. Molfes. Leandr.

29.

Probatur prima pars; quia omnis sacerdos in sua ordinatione ex iure divino accipit jurisdictionem super peccata venialia: ergo licite & valide illa absolvit. Secunda pars quoad peccata mortalia jam confessa probatur: quia illa peccata cum jam sint subiecta Ecclesiae, & absoluta, non sunt materia necessaria confessionis: ergo sicut libere possunt non explicari in confessione, ita & libere possunt aperiri cui-cumque sacerdoti, sicut & venialia.

QUESTIO XI.

An possit absolvi, qui in occasione peccandi est, retinens; v.g. Concupinam in domo?

SUMMARIUM.

30 Quid sit occasio proxima, & quid sit remota. 31 Negat prima sententia. 32 Secunda affirmat absolvendum esse.

30.

Duplex est occasio, proxima, & remota. Proxima est, in qua positus homo, consideratis circumstantiis, aut nunquam, vel fere nunquam, seu raro & difficulter desinet peccare, sed ablata occasione non peccaret, ut v.g. qui habet concubinam in domo. Remota verò occasio illa dicitur, quae talis non est, & tantum disponit valde remote ad peccatum, ut sunt omnes creaturae, quarum malus usus ex utentium culpa esse contingit. Ita Navarrus in summ. cap. 3. Suar. tom. 4. ad 3. part. disp. 32. sect. 2. num. 4. Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 8. Lopez, Henriquez, Bonacina, quos citat, ac sequitur Trullenchus in Decalog. lib. 6. dub. 6. num. 3.

Navar. Suarez. Sanchez. Lopez. Henric. Bonacina. Trullench.

31.

Qui omnes conveniunt in hoc, quod occasio remota, non impedit absoluteionem; sed tantum proxima. Ex quo dubitabis: An possit absolvi concubinarium, qui in domo sua retinet concubinam, de qua jam admonitus est ut expellat; Negant posse absolvi Angelus verb. confess. num. 6. Tabiena, Suarez, Caetanus, Armilla, quos citant, ac sequuntur Sanctus in select. disp. 10. num. 4. Candidus Disquisit. 24. art. 27. dub. 9.

Angelus. Tabiena. Suarez. Caetan. Armilla. Sanctus. Candidus.

32.

Valde tamen probabile est, posse licite semel, iterum, ac iterum absolvi concubinarium antequam ejiciat concubinam, dummodo denuo proponat Confessorio firmes illam de domo ejicere: (aliter tamen dicendum, si saepius jam admonitus adhuc in domo sua retinet, vel in alia domo ad quam ei

libere patet aditus) & ratio est, quia ex prima, secunda, & tertia promissione facta de ejicienda concubina, aut alia occasione proxima, non sumitur efficax iudicium ex defectu dispositionis penitentis, quia cum tali fratre potest stare optima dispositio, ac preparatio, ergo licite, & valide potest absolvi Medina. Ita Medina lib. 2. summa. Corduba quest. 4. concl. 8. fol. 27. Leander de penitent. disput. 7. quest. 35.

Medina. Cordub. Leandr.

QUESTIO XII.

An ex aliqua circumstantia absolvi possit concubinarium, non rejecta concubina e domo.

SUMMARIUM.

33 Potest absolvi si cesset periculum reincidendi. 34 Potest absolvi: si non potest ejicere nisi cum magno detrimento, & n. 35. & 36. 37 Et si filius habet concubinam & non potest ejicere. 38 Si non potest ejicere nisi amissa pecunia.

33.

Ad quaestionem breviter per varios casus respondeo. Et primo bene potest absolvi concubinarium, si reincidendi periculum aliquo modo cessavit; quia tunc ibi abest periculum proximum, proximaque occasio peccandi v.g. quia concubina deformis facta est, vel inter eos subortus est contemptus, & tardium, aut morbus, vel senectus intervenit, tunc concubinarium si debeat de praeteritis, & proponat firmiter in futurum abstinere; bene potest absolvi. Ita Graffius 1. part. decis. lib. 1. c. 28. num. 9. Lopez, Antonius Fernandes quos citant, ac sequuntur Sanchez, citat. disp. 10. nu. 12. Candidus citat. dub. 2.

Graff. Lopez. Anton. Fern. Sanchez. Candidus.

34.

Secundo: An absolvi possit concubinarium non rejecta concubina e domo, eo quod id facere non possit absque magno detrimento vitae, honoris, famae, ac pecuniae? Negant Navar. Navarrus cap. 3. nu. 21. Suar. disp. 32. sect. 2. in fine Reginaldus lib. 8. n. 19. apud ipsos Graffius, Coriolanus, & alii.

Navar. Suar. Reginald.

35.

Tamen valide probabile est, quod licite, & valide potest absolvi, imo & debet toties quoties vere peccaverit, non solum quando intervenit aliqua emendatio, sed etiam dum nullus apparet profectus, dummodo talis concubinarium verum dolorem habeat de peccatis, verumque propositum de illis in futurum cavendis. Ita Vivaldus verb. Absolut. num. 89. Bonacina: Lugo de Penitent. disp. 14. num. 152. & 156. Sa. Sanct. in selectis disp. 10. n. 16. Hurtado disp. 18. Veiga. difficul. 23. Bonacina de Sacram. quest. 4. punct. 4. n. 11. §. Dixi regulariter. Sa verb. Absolutio. Veiga, Layman. Navar. Graffius, quos citat, ac sequitur Baunius tract. 4. quest. 14. & Leander de penitent. disp. 7. q. 36.

Graff. Coriolan. Vivaldus. Sanctus. Hurad. Bonacina: Sa. Veiga. Layman. Navar. Graff. Baunius. Leandr.

36.

Probatur nostra resolutio; quia adhuc post experientiam quamvis nullus profectus appareat, potest stare verus dolor, verumque propositum necessarium absque voluntate auferendi